



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 9. Aquarum eluiones, etiam in aliorum vtilitatem à sanctis cohibitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

enim modum, Ioannes quoq; Capistranus, Franciscanus, & Iacobus Piceus, sicut refert Bonfin. Bonfinius, ab Nicolao Pontifice Rom. vt 1.8. Dec. 3. Germanos, Polonos, & Vngaros, ad expeditionem contra Turcas suscipiendam, horrentur, missi, cum Padum traicere vellent, & ab auaro portitore pertinacissime repellerentur (vt qui tanquam Christi pauperes, pecunia carerent, quam pro nauo darent) in diffusum super vndas pallium, cum comitibus confedere: & veluti quadam naufragij tabula in ripam alteram, non sine attoniti stupore portitoris, diuina ope, tuto translatisunt. Varia saepe spectacula mundo exhibuerunt Diui, sed, eo die, comoediam dederunt palliatam: quemadmodum etiam, quando Elifaeus Eliae pallio, sibi, per Iordanem, viam fecit.

4. Reg. 2.  
14.

## §. IX.

*Aquarum eluiones, etiam in aliorum utilitatem, a Sanctis cohibita.*

Facile video, inquires, Sanctis vndas cedere, aut velut glaciatas, ac frigore concretas non cedere, vt tanquam per pontem impedi trāseant. Sed hoc eos parum iuuat, quoniam non sunt sancti, in quos, ne flumina de aluibus deq; ripis suis exitiose effundantur, saepissime

mè Sancti non obstant. Duo do responsa. Primum est, sæpe non prodesse, vt obstant, quando res ad exemplum pertinet, ac ita diuina iustitia exigit mortales plecti; imò quando Sancti ipsi, hoc pacto, ob iniurias impie illatas vindicantur. De quo argumento mox agemus. Alterum est, quando ita DEI gloria nomenq; crescit, omnino etiam hanc Sanctis, à Domino, conferri potestatem. Imò, vt S. Gregorius Nyssenus loquitur, *Nihil obest homini fidem vere sectanti. sstuntur ubiq; flumina, ac velut seruiunt illi imperanti. Fidem rei astruit Gregorius Thaumaturgus.* Cum Lycus rapidissimi impetus fluius incolis atrocem, quotannis, inferret cladem, agros, pecora, ipsam deniq; gentem non carptim, sed agminatim obrueret, & vt quæq; deprehenderat, perditum iret; exeruit sese prodigiose vbiq; Thaumaturgi virtus. Is, instar Moy sis virga fluios ac maria regentis, ad egurgitantem sese & omnia populantem Lycu, processit, baculumque, quo seniliter nitebatur, in ripa depinxit, cõfidentissime mādans flumini, ne post hac, limitem excederet, aut datum constitutumque inibi terminum præteriret. Dictum, factum. inuenit fides viri, in flumio,

M 5 obedi-

et ubi

S. Gregorius Nyssenus in vita S. Greg. Thaumaturgi. cap. 12.

Et Nicephor. li. 6. cap. 1.

il. noyit  
quid ob.  
hinc

obedientiam, atque in ligno quoque impa-  
cto virtutem vivere, ostendit. Siquidem sci-  
pio ille viruit, &, diffusis quaqua ramis, in  
excelsam excreuit arborē, quæ, vsque ad D.  
Gregorij Nysseni tempora, ab omnibus eò  
confluentibus, magna cū veneratione, mō-

**Psalm 1.3.** strabatur, spectabatur: eratq; verè *tanquam*  
*lignum, quod plantatum est, secus decursus a-*  
*quarum.* Sed cur baculus illius viri non eui-  
resceret, cuius tantopere floruit virtus? Ad  
hoc exemplum Frigidianus quoq; Lucanæ  
Ecclesiæ Episcopus, fluuium Auferim, agros  
longè lateq; inundantem, cursum mutare  
coëgit, atque ex proprio alueo, precibus,  
aliò deriuauit.

## §. X.

*S. Hilarionis, per signum crucis, contra exun-*  
*dans mare, potestas.*

Illustre est illud, quod de S. Hilarione  
**Sigon. li.** Sigonius recenset. Circa an. salutis 365. ter-  
**7. de Imp.** ræ motu totius orbis (qui, post Iuliani mor-  
**occid.** tem, accidit) concussa maria, & velut ex-  
territa egressa sunt terminos suos; &, quasi  
rursus Deus diluuium mundo minaretur,  
vel in antiquum chaos redirent omnia, na-  
ues ad prærupta delatæ montiū, in sublimi-  
penderunt. Quod cū viderēt Epidauri-  
tani,